



**Totivs Ivris Canonici Compendivm, Siue, Brevis Svmma In
Qvinque Libros Decretalivm Sacri Concilii Tridentini
Decretis Accommodata**

In Qva Ivris Canonici Primæ Institutviones, seu Elementa ita traduntur, vt plurima breuiter ac decisiuè explicentur, & Canonum, Glossarum, ac Doctorum receptorum auctoritate communiuntur ...

Axel, Johannes Honorius van

Coloniae Agrippinae, 1656

De Fideiussoribus. Titulus XXII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61552](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61552)

hoc tit. c. nulli de reb. eccl. non alien. De serviana, & quasi serviana, quæ dantur creditori tractatur in Instit. Imper. tit. de action. §. item serviana, & pignoratitia actione quæ datur debitori soluto debito pro repetitione rei oppignorata in Instrum. Imper. tit. quib. mod. re contrah. oblig. §. fin. In simplici obligatione facta per clericos non veniunt fructus & beneficiorum suorum; ita quod fructus debeant creditoribus applicari, nisi in utilitatem ecclesiæ debitum esset contractum; sed ad solutionem debitorum per eos contractorum possunt capi in causam iudicati: c. pervenit, & ibi Innoc. in verb. redditibus Host. n. 7. & Can. de fideiuss. Rot. decis. u-nica de solut. in antiq. Pignus & non recipit divisionem inter hæredes, licet inter eos actio personalis quæ sita ex lege duodecim tabularum pro portionibus scindatur, l. 1. & 2. C. si unus ex plur. her. cred. vel deb. port. suam deb. sol. vel acc. & unus non potest in solidum pro toto credito conveniri, etiam si alter cohæres non esset solvendo, Greg. 15. accis. 442. & ibi add. allegat. Gomez. de individ. tom. 2. c. 10. sub num. 3. vers. & procedit etiam si l. pacto, & ibi gloss. 1. C. de pact. l. 3. ff. famil. hercisc. ibi, ut quis totum solui debeat l. ea qua C. famil. hercisc. & ibi gloss. mag. l. 1. & l. pro hæreditariis C. de hered. act. & ibi gl. mag. ponit aliquot fallent. & DD. l. 1. C. si cert. pet. l. 1. C. de ann. & trib. lib. 10. Vnde si creditor decedat relictis pluribus hæredibus, & uni hæredum solvatur pro parte sua, pignus non liberatur, sed in solidum cuique tenetur, & possunt reliqui hæredes totum fundum vendere oblato debitori eò, quod cohæreditorum solvit, l. solutum §. si creditori ff. de pignor. act. et si unus ex pluribus hæredibus debitoris portionem suam solverit, tamen tota respignori data venire poterit, l. si necessaria §. si unus ff. de pign. act. l. quando l. unus

C. de distract. pign. & unus hæredum debitoris pignora possidens in solidum convenitur, & non pro portione hæreditaria, l. fin. C. si unus ex pluribus hæred. quia actio hypothecaria est realis.

De Fideiussoribus.

Titulus XXII.

SVMMARIA.

- 1 Videantur instit. imperiales hoc tit.
- 2 Prohibetur clericis & religiosis ne ecclesiam sibi commissam pro alienis debitis gravent.

DICTVM est de pignoribus, quæ dantur, aut constituuntur ut creditori saluum sit suum creditum, nunc dicendum est de & fideiussoribus, qui pro alienis debitis intercedunt de quibus vide Instit. Imper. hoc eod. tit. Prohibetur clericis & religiosis, ne ecclesiam sibi commissam pro alienis debitis gravent, si secus fecerint ecclesia ad solutionem talium debitorum non tenetur, & clericus ipso iure est suspensus ab administratione spiritualium & temporalium, ac ecclesiam indemnem reddere tenetur, c. si quorundam de solut. Religiosus vero graviore disciplinæ subijcitur, c. penult. h. t.

De Solutionibus.

Titulus XXIII.

SVMMARIA.

- 1 Soluisse dicitur non tantum is qui pecuniam numeravit verum omnis qui obligatione qua tenebatur liberatus est.